

sua ditione usque ad וְאֵלֵינוּ aliis afficeret exornaretque his nimirum $\text{אֵת יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ}$, Hoc ergo evicto, esse $\text{אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ}$ ad sequentia, non precedentia, referendum, ulterius nunc dispiciendum nobis erit, quoniam in sensu hoc fieri debeat. Vidimus enim in §. jamdum 1. quod non consentiant interpretes. Kimchiana expositio ob multiplicis significationis particulam וְאֵלֵינוּ dubia videtur admodum; quod si cum B. Glaff. & Nold. ll. cc. vertamus: *Etiam ipsi factum est miraculum (sicut Elia); nam percussit aquas secundo postquam dixit, ubi est DEUS Elia, & divise sunt huc & illuc;* per accentus illa non confiteret. Quamvis enim non majorem tribuat distinctionem Pelick Munachato quam Atnacho, imo ne tantam quidem; attamen contra Axiom. 3. *Accent. dist. ditionis dominus &c.* major reputatur, quam in וְאֵלֵינוּ , quoniam penes illum propositio simplex statueretur finita, cujus rationes subjungerentur mox in verbis sequentibus, quæ proinde verba magis cohærent inter se, quam cum propositione illa, cujus continent rationes. Sin vero is fiat verborum Kimchianorum sensus, quem nos fecimus, quemque verba illius facile admittunt, accentus equidem satis observantur, in primis si postrema a Kimchio prætermissa reddantur; *Itaque transit Elisa;* Ellipsis tamen præter causam admittitur, & bis Elisa Jordanem percussisse statuitur cum 70. & Vulgato absque ullo fundamento. Altera quam sub Interpretum nomine exhibet, non est digna, quæ operose confutetur, quum ne וְאֵלֵינוּ quidem de Elia, vel ejus reditu ad hoc edendum miraculum, habeatur in textu. Dubium etiam est non nullius plane momenti, quo illa nonnullorum premitur opinio, qui contendunt וְאֵלֵינוּ in